



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

269. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCLXIX. Si quis Clericus in demolien-
dis sepulcris fuerit deprehensus, oportet in ta-
li scelere proditum à clericatus ordine submo-
veri & pœnitentiæ triennio deputari.

Concil. Tolet.
4. c. 46.
Burchard. lib.
11. c. 63.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

CCLXX. Si quis Clericus furtum Eccle-
siæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Conc. Agath.
c. 5.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCLXXI. Si quis Clericus aut mona-
chus furtum fecerit, quod potiùs sacrilegium
dici potest, id censuimus ordinandum, ut ju-
nior virgis cæsus, tanti criminis reus, nun-
quam officium ecclesiasticum accipiat. Si ve-
rò jam ordinatus in hoc facinore fuerit depre-
hensus, nominis ipsius dignitate priveretur. cui
sufficere potest, pro actus sui levitate, imple-
ta pœnitentiæ satisfactione, sola communio.

Exceptiones
Egberti c. 68.
Burchard. lib.
11. c. 64.

*Caput istud non extat inter canones synodi
Agathensis. Et tamen Egbertus Cantuarien-
sis, qui multò antiquior est Reginone, illud
laudat ex Concilio Agathensi.*

De eadem re. *Ex dictis Hieronymi
ad Titum.*

CCLXXII. Fur autem non solùm in
majoribus, sed etiam in minoribus judicatur.
Non enim quid furto ablatum est, sed mens
furantis attenditur. Quomodo in fornicatione
non idcirco diversa est fornicatio, si mulier
pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua,

Burchard. lib.
11. c. 55.